Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



112

m iudicio cū generatione ista et condempnabit eam: quia venit a finibus terre audire sapiam salomonis. Et ecce plusq̃m salomon hic. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida quærens requiem et non invenit. Tunc dicit. Revertar in domum meam: unde exivi. Et venies invenit eam vacantem: scopis mundatam et ornatam:. Tunc vadit et assumit septem alios spiritus secum nequiores se: et intrantes habitant ibi. Et fiunt novissima hominis illius peiora prioribus. Hic erit et generationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te. At ipse respondens dicenti sibi ait. Quis est mater mea: et qui sunt fratres mei. Et extendens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicumq̃ enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater soror et mater est Offertorium Meditabar in mandatis